

quorundam Imperii Statuum, qui suam Quotam ad sustentationem huius sumini Tribunalis non prompte contribuunt, cum maximo litigantium detimento.

### §. VI.

Assessores autem non simul omnes constituunt Subiectum Reuisionis, sed quatenus sententiae, cuius reuasio petitur, concipiendae interfuerunt, aut qui Referentes aut Correferentes fuerunt. Cum enim pro multitudine causarum in tria aut quatuor Consilia interdum diuidantur Assessores, conueniens est, ut singuli de iis causis in quibus iudicarunt, rationes suas decisiuas reddere teneantur, si postmodum reuasio petatur *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. §. darauf sollen.* Hinc quoque si quis priorum Assessorum, qui sententiae concipiendae interfuit, abierit aut absfuerit, reuocandus est *d. tit. §. 1. ibi:* ob auch einer oder mehr der Urtheiler, so bey Verfassung solcher Urtheil gewesen, von dem Cammer-Gericht abgestanden oder sonst abwesend wären, denselben soll Cammer-Dichter und Besitzer angesetzten Tag auch verfünden. Quid si tamen haberi non possit aut morbo impeditus aut etiam fato praereptus fuerit, reuasio propterea non intermittetur.

### §. VII.

Progredior ad *Reuisores*, qui iidem fere sunt qui Visitatores Camerae, annexae enim sunt Reuisiones Visitationibus annuis *Recess. Imp. de ann. 1595. §. 62. in verbis:* Dieweil die Erörterung solcher Reuisionen der Visitation anhangig ic. hac tamen distinctione, quod in Visitatione annua semper Princeps quidam Imperii, quem ex Reuisoribus ordo tangit, ipse sub poena 5000. florenorum aureorum in persona adesse, aut si aduersa valetudine inpediatur, certe aliud Principem proximum tamen in ordine sibi substituere debeat *Recess. Imp. 1570. §. 102.* Alii vero Status et Principes quos in Visitatione ordo tangit in propria persona adesse non tenentur, sed sub poena 1000. imperialium viros excellentes ac Legatos suos ad Reuisionem mittere debent *d. Recess. §. eod.*

### §. VIII.

Reuisores itaque hic dicuntur non solum ipsi Imperii Status, quibus ex Ordinatione Imperii Visitatio vel Reuasio incumbit,